

serunt, ut de eodem allodio dictam capellam in ponte officiet et officiare faciet, nos ad petitionem et reverentiam illustris principis domini nostri Friderici marchionis in Dresden iam dicti nec non dominae nostrae venerandae marchionissae Guttae nostrae permittimus et indulgemus, quod dictus dominus Hermannus ad dies vitae nostrae eandem capellam quotidie officiet et officiare faciet de nostra cerevisia et de nostro pane, salvis tamen oblationibus nostris, quae in dicta capella offeruntur, quod item dominus Hermannus nobis tenebitur integraliter praesentare; oblationes autem, quae circa festum beati Johannis baptistae aut circa festum penthecostes ad imaginem propter peregrinos transeuntes extra capellam super pontem positam fieri solent, apud dictum pontem remanebunt in dicti pontis usum [et] utilitatem plenarie convertendae. In cuius rei evidens testimonium praesentem litteram dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Dresden et actum anno millesimo trecentesimo quinto sexto Idus Februarii.

Hilscher Etwas z. d. Kirchenhist. in Alt-Dresden. 1721. S. 6. — Schramm hist. Schauplatz d. merkw. Brücken. Urk. 10. — Hasche Urkundenb. S. 65. — Schäfer Sachsen-Chronik I. S. 28. — Neubert Votr. S. 158. — Das Orig. dieser Urk. wurde nicht aufgefunden.

No. 22. 1308. 3. Juli.

Markgraf Friedrich von Dresden eignet dem h. Kreuz und der Elbbrücke 1 Pfund j. Z. in Grumbach, welches der Burgermeister Dietrich Berner zu Lehn getragen und auf den Todesfall zu Seelgeräthe überwiesen hat.

Fridericus dei gratia marchio de Dresden omnibus praesentes inspecturis in perpetuum. Cum pium sit et salubre fidelium devotiones et voluntates maxime quae salutem animarum respiciunt adimpleri, notum esse volumus universis tam praesentibus quam futuris Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, quod cum fidelis noster Theodericus Berner magister civium nostrorum in Dresden ob reverentiam omnipotentis dei et gloriosae virginis Mariae talentum annui census in villa Grunenbach^{a)} a nobis feodali titulo habitum et possessum post obitum suum sanctae Cruci in Dresden et ponti pro salute et animae suae remedio dederit, ad petitionem dicti Theoderici Berner nos proprietatem dicti talenti praedictis sanctae Cruci et ponti damus ab ipsis perpetuo possidendam. In cuius rei evidens testimonium praesentem litteram dari fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Dresden anno domini millesimo CCC. VIII. quinto Nonas Julii.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit einem Bruchstücke des Siegels an einem von der Urk. selbst z. Th. losgetrennten Pergamentstreifen.

Neubert Votr. S. 160.

a) Grumbach, Eph. Dresden.